

scoporum visibili, ne  $\chi\epsilon\upsilon$  quidem, quod sanè omitti nec posset, nec deberet, si primatus hic, Summæ rei Christianæ contineret: eumq; negare non simplex error, sed reuera perniciofa heresis foret, ut sibi persuadet Bellar. 3. Omnes pariter Apostoli, ut & ceteri Verbi Dei pracones, non Petri vasalli, aut mandatarii; sed unà cum Petro, Christi, Euangelii, Ecclesia Ministri passim in scripturis appellantur: Act. 20. 24. 1 Cor. 3. 5. 7. 21. 22 & 4. 1. 2 Cor. 4. 5. Col. 1. 7. 23. 25. 2 Petr. 1. 1. 4. Nullus Apostolorum à Petro, sed omnes à Christo immediatè (ut & ipse Bell. expressè fatetur) sunt vocati, Gal. 1. 1. ab eodemque equali cum potestate, parique sine, ad unum idemque officium obeundum, cum in Iudæam, Marc. 3. 13. 14. 15. Luc. 6. 13. & 9. 1. 2. tum inter omnes Gentes, amandati: Matth. 28. 19. & 18. 18. Ioh. 20. 21. 22. 23. 2 Cor. 5. 20. Similiter etiam aliis mediatè ac ordinariè vocatis Ecclesia Ministris, par est omnibus in S. Ministerio tributa à Domino potestas: Act. 20. 28. 1 Petr. 5. 2. 3. 1 Cor. 4. 1. 5. Varii præterea naui, lapsusque Petri, nullam eum præ ceteris singularem prerogatiuam, nedum cum summâ potestate, totius Ecclesia principatum, habuisse, nō obscure testantur: Matth. 14. 28. 31. & 16. 22. 23. & 17. 4. & 26. 52. 70. 72. 47. Act. 10. 13. 14. 15. 28. Gal. 2. 11. 14. 6. Quin nec ipse B. Petrus quicquam sibi tribuit aliud, quàm sortem Ministerii, aliis etiam Apostolis communem, Act. 1. 17. 25. 1 Petr. 5. 1. 2. 3. 4. & 2. Epist. 1. 1. Nec ceteri Apostoli, ullam iurisdictionem, aut primatum (nisi fortè  $\chi\epsilon\upsilon$ , ætatis, ordinisvè, qui inter pares etiam seruari meritò potest ac debet, 1 Cor. 14. 40.) in Petro agnouerunt: aliàs toties de Maioritate minimè contendissent: Luc. 22. 24. 25. Matth. 18. 1. & 20. 21. 24. 25. 26. Nec ipsum in Samariam ablegare potuissent, Act. 8. 14. Nec electionem Diaconorum; Act. 6. 2. 5. 6. aut legum quarundam Ecclesiasticarum promulgationem, Act. 15. 6. 22. 23. 28. communi omnium consensu aggredi; ut nec Paulus se ipsi per omnia exequare, 2 Cor. 11. 5. Gal. 2. 6. 8. 9. ausi unquam fuissent, si Apost. Petrum, præ reliquis, vicarium Imperatorem, ac Ducem exercitui, qui est in terris, summo cum imperio, & potestate, præfectum esse à CHRISTO (ut Bell. iactitat) didicissent. 7. Idem confirmant Orthodoxi Veteris Ecclesia Doctores. Cypr. Dominus, inquit, Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem potestatem tribuit, & dicit: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum S. Si cui remisseritis peccata, remittentur illi, &c. Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod

Bell. Praefat. in Libr. de S. Pontif. Id. 1. de Roman. Pont. c. 10. circa init.

Bell. l. 4. de Rom. Pont. c. 23. §. 1. & seq.

Bell. Praefat. in libros Tres de Membris Ecclesiae Milit.

Cypr. Tract. 3. de Simpl. Prælat. Id. citatur. c. 24. q. 1. c. Loquitur.

quod